

170

L X X X I.

AMMIAE. Ammia gens nota est ex Grutero & Reinefio; ac etiam Gudio, ut monuit Spanhemius de Usu & Præit. Numis. Diff. II. p. 83. Edit. 2. in hac tamen Inscriptione cognominis loco ponitur; item in Gruterianâ pagin. DCXL. 8. imo in Inscriptionibus etiam libertarum, ex quo apparet *Ammia* fervile nomen fuisse; notum est enim fervorum, ancillarumque nomen post manumissionem in cognomen transiisse. Vid. Grut. pag. DCXXI. 2. CMLXVI. 2. & Gor. par. 1. Inscr. Etrur. pag. 402.

L X X X I I.

PÆlius Evaristus monumentum fecit; ejusdem privignus, ac fortasse etiam heres L. Vafrius Clemens Inscriptionem, & leges monumento posuit.

AELIAES. Genitivus in AES pro AE Græco more in antiquis Inscriptionibus sæpe occurrit, cujus rei vide exempla in Indice præsertim Gruteriano Cap. XIX.

FILETENIS Nomina hæc feminina per Metaplasum aucta erudite illustravit P. Lupi in Commentario ad Epitaph. S. Severæ §. XVI. p. 160. & seqq.

L X X X I I I.

APianus, Vertranius Maurus de Jur. liber. cap. XLIII. Gruterus pag. DCLII. 10. Inscriptionem hanc Pisauri existisse testatur, & postremus iste Pisauri a Burchelato vitam scribit; iterum tamen pag. DCCLXXXVI. 9. emendato nomine *Agabrorii* in *A. Gabinii* producit & *Roma in Domo Bernardini della Valle* existare tradit; verius id puto: deest enim in MSS. meis Collectionibus.

FILIAE NATURALI. Quinam sint filii naturales docet Modestinus in l. *Non facile* 4. §. 2. ff. de gradib. & adfn. Et quidem naturalis cognatio, inquit, per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per feminam descendit, quæ vulgo liberos peperit. Item appellatione filiorum & naturales liberos idest in servitute susceptos contineri docet Scævola in l. *Lucius Titius* 88. §. 12. ff. de Leg. II. cui consonat Imperator in S. *Justa autem* 5. Inst. tit. quibus ex Causs. manumitt. Præter hos alii etiam natu-